

Universitätsbibliothek Wuppertal

Quatuor D. N. Jesu Christi Euangeliorum Versiones per antiquæ duæ, Gothica scil. et Anglo-Saxonica

Junius, Franciscus

Dordrecht, 1665

III. Variantes aliquot lectiones in contextu SS. Evangeliorum
Anglo-Saxonico, quas, tanquam cæteris notabiliores, excerpere visumm
est è quatuor codicum MSS. collatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-702](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-702)

Me sanè, licèt apud Belgas peregrinanti, haud parum ad Anglo-Saxonismum tentandum incitavit hæc Cl. Spelmanni acerbior querela: Rem enim inprimis lugubrem duco, Gentisq; nostræ in probrum non mediocre, tot extare hodiè apud nos in Bibliothecis Academicis, aliisq; , veteris Saxonici idiomatis Manuscriptos codices, quot in orbe aliàs haud opinor reperiri; situ tamen & squallore corrumpi eos, dum è doctorum millibus nè vel mysta unus, vel linguæ illius quispiam sciolus habeatur, qui vel unum eorundem aliquem luce donet, aut enucleet. Annon mira hæc nostratium curiositas, foris esse familiares, domi hospites? callere linguas exteras, nescire patrias? In Tom. I. Concil. Præfat. ad Lectorem. Cui non absimilis est hæc, quam scripsit Job. Lelandus, exprobratio: Quotusquisque est hac nostrâ ætate, vel inter eruditos, qui rectè norit quos literarum flores Britannæ hortus protulerit. Certè ut ingratitude notam multi in hac parte eluant, nunquam profectò desidiæ maculam abstergent. Sic ille, in Comment. ad Cygneam cantionem, in Hunfridus.

III.

Variantes aliquot **LECTIONES** in Contextu **S S. Evangeliorum ANGLLO-SAXONICO**, quas, tanquam cæteris notabiliores, excerpere visum est è quatuor *codicum* **M S S.** collatione. In istis autem recensendis, **O.** denotat codicem *Oxoniensem*; **C.** *Cantabrigiensem*; **B.** *Benedictinum*; & **H.** *Hattonianum*.

MATTH. II, 7. *Beƿpan*] **C. Acƿobe:** **BEFRINAN.** item *Fƿi-*
nan & Fƿæƿnian. *Saxonibus nostris est Interrogare, inquirere: pro*
quo Lancestrenses, inquit Laurentius Noëllus, dicunt ƿƿan. *A Be-*
ƿƿinan autem fit in Præterito Beƿpan. sicut ab Æthƿinan. i. e. Tan-
gere, fit Æthƿan. &c. **ALSIAN.** *Ahrjan & Axian significant etiam In-*
terrogare, petere: pro quibus Angli scribunt to Ahs / sed pronunciant quoque vul-
gariter to Ahs & to Ar. *Sic pro Interrogavit habent Codd. O. & B. Ahrjbe.*
C. Acƿobe. & H. Acxobe (aliàs Axobe.) **Mar. XII, 28.** *Credibile est olim*
interfuisse tantum inter Sax. Beƿƿinan vel Fƿæƿnian. & Acƿian. quantum nunc
interest inter Belg. Draeghen & Eyschen; sive Alam. Fragen & Heyschen:
quo-

quorum illud denotat Interrogando petere vel percontari; hoc, Postulando requirere seu exigere. Veruntamen, quamvis hæc Germanica non nisi imperitè & ridiculè confundi solent ab alienigenis, Saxonica profectò illa ab ipsis Saxonibus promiscuè interdum usurpari manifestè docent exempla sequentia. De Mæsse-precort axað þ cilb. piðræcyr ðu beoþle: Donne andþyrt re Grobræben ðær cilber þopnum. 7 cpeð. Ic piðrace beoþle: Donne axað he eþt. — & paulò post, De Grober ðen beþpinð ðonne 7yt. &c. id est, Presbyter, vel sacerdos, interrogat infantem baptizandum, dicens; Renunciásne Diabolo? Tum pater initialis (baptismi nempe sponzor, sive susceptor) respondet, infantuli quasi verbis, dicens; Renuncio Diabolo. Tum interrogat iterum; — & mox, Dei Minister etiam denuo interrogat, vel sciscitatur; &c. Hæc, de quæstionibus ad Baptistarium propositis, reperiuntur in Sermone quodam Catholico, citato in Not. ad Bedæ Eccles. hist. lib. III. cap. 7. Ita, in pervetustâ Aldredi Glossâ interlineari ad Matth. II, 8. pro Interrogate habetur Gæppagney. at in antiquâ pariter Farmenni ad eundem locum interpretatione extat Ahriað pro eodem Interrogate substitutum.

IBID. versu II. Recely. Lat. Thus,] H. Stor.: In Psalterio Latino-Saxonico eadem occurrit varietas: nam Psalmi CXL. (secundum Latinos) versu 2. pro Anbæpnjþ vel Onbæpnung. i. e. Incensum, habent aliqui codd. Ricylþum þ Stor.: RELELS. vel Ricylþ (quod Danis est similiter Røgels / & Islandis Keyfelli) propriè significat Suffitum, vel suffumigationem. Siquidem Fumus dicitur Saxonibus Rec (& Roec. Psal. LXVII, 2. in cod. Juniano) sic Danis idem est Røg / ac Islandis Keyfur: quibus affine est Anglorum to Reek / Vaporare. Hinc Belgarum Wierooek / & Alamannorum Wiroch / Wirouch & Weyrauch (q. d. Sacer fumus) communiter usurpantur pro Thure. Atque ex hac vocis Rauch vel Reuch Fumum significantis notione, liquere potest Germanicarum literarum ignaro, quare Celeberrimus ille Reuchlinus, qui scribit se omnium primum totam linguam Hebraicam legibus mancipasse Latinis, dictus fuerit Capnio vel Capnion. Rec & Rauch apprimè cognata sunt Hebræo ריח denotanti Odorem: e. g. ריח לבנון Sicut odor Libani vel, ut aliis placet, thuris; Cant. IV, 11. Stor. quoque usurpari pro Thure, probatur ex Ælfrici Glossario m. s. ubi Thus est Stor. & Thuribulum dicitur Stor-cyl: Stor isthoc mihi videtur fuisse detruncatum à Storax, quod & Styrax scribitur; de quo affirmat Strabo, — ἡ ὀσείρα χερσάνου θυμιάματι οἱ δεξιδαίμονες; Geogr. lib. XII. pag. 665. edit. Basil. an. 1571. Hesy-chius autem de eodem sic: Στύραξ, - θυμιάματι. Quid Styrax sit, è Dioscoride probare conatur Avicenna (pag. 129. in اسطرخ) dicitq; semper usurpari eum loco thuris ad suffumigationes. Sed conf. Vop. Fortunati Plempii Scholium in locum; nempe, Canon. Med. lib. II. tract. 2.

IBID. versu 23. Pūph þone pitegan. Lat. Per Prophetam] H. Pūph Iepe-
mie þone pitegan. i. e. Per Jeremiam —. Unde Jeremiæ nomen huc tran-
scripserit librarius iste, ego quidem non video. Scio ad hunc locum à quibusdam
referri Fer. xxiii, 5. & xxxiii, 15. an verò hoc opportunè factum sit, nolo hac
occasione inquirere. Vereor scilicet nè mihi hæc subnotanti contingat, quod nimis
antiquitatis admiratoribus (ut eos vocat Quintilianus) interdum evenisse constat.
Hi enim variationes quascunque in antiquis membranis repertas, obvis ulnis am-
plectuntur, magno applausu venditant, summòq; studio conantur illustrare: & tamen
postea non rarò deprehendunt, earum aliquas non aliunde quàm ab imperitiâ, osci-
tantiâ aut temeritate (nè quid pejus dicam) descriptoris fuisse primò derivatas.
Forsan Prophetæ nomen ex orâ libri cujusdam admissum fuit in Textum. Aut,
quod vero similis, scriba fortasse hîc imitandum sibi proposuit id, quod pauld ante
scripserat versu 17. nempe Pūph Hiepeniam þone pitegan:.

MATTH. III, 9. Spa mihtiz. i. e. Aded potens,] H. Spa mychel 7 ppa
mihtiz. ad verb. Aded magnus, atque aded potens. SPA MIHTIG
etiam occurrit Luc. III, 8. Sed Spa micel 7 ppa mihtiz videtur esse vulgaris lo-
quendi forma, & Saxonibus nostris perfamiliaris: e. g. Se halga Gærþ þe ealle
þing zeliþfært ppa micel 7 ppa mihtiz þ he mid hîr zîrt ealle þa englar on-
liht þe eapdiað on heofenum. id est, Spiritus S. qui omnia vivificat tam mul-
tùm atque efficaciter (vel, aded magnus est atque potens) ut universos Angelos
coelum habitantes gratiâ suâ illuminet; *Ælfrici Tract. de vet. Testamento, fol. 3.*
Ab hac locutione non penitus abludit Anglorum *Might and main.*

MATTH. iv, 9. Ic sylle þe. Lat. Dabo tibi,] H. Ic zÿpe þe: Vett.
Glossatores Saxonici, qui Textum Evangelicum interpretatione interlineari explica-
verunt, hîc posuerunt Ic ðe yello vel yelle. quod priori lectioni consonum est: sed
Islandica Versio habet Eg vil giesfa þier; Danica, Jeg vil gifue dig; & Gothus
diceret **ψNS ΓΙΒΛ** (ut Luc. iv, 6.) quæ lectioni alteri conformia sunt. Plura
in re levis momenti non libet adducere. Cod. ille Hattonianus etiam pro Sealberz
habet Geze. Luc. vii, 45. & Gÿfan pro Sÿllan. Matth. xx, 14. &c. Ratio
hujus varietatis manifesta est ex Luc. xviii, 22. ubi Lat. Vende, & da paupe-
ribus, transfertur Sÿle. 7 sylle (H. itidem zÿf) þeapfum: Hoc itaque factum
est, ut evitetur ambiguitas vocis SYLLAN. vel sellan. quâ non modò significa-
tur Vendere, quod hodiernis Anglis est to Sell/ verùm etiam Dare. Exempla
sunt, Sÿllað þ ge agon. 7 sÿllað ælmezzan. Lat. Vendite quæ possidetis, &
date eleemosynam; Luc. xii, 33. Item, þeoz reals mihte beon zerealb to
þpÿm hund penegum. and beon þeapfum zerealb. Lat. Poterat unguentum
istud venundari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus; Mar. xiv, 5.
Quoddam ferè simile, in mercibus licitandis, observari quoque posset in linguâ qua-
dam

dam cognatâ: sed pretium operæ non est minutis immorari. Conf. 1 Reg. XXI, 6, 7.

MATTH. V, 6. — Hingpuað 7 þýpstað. þopþam ðe hi beoð gefýllebe.
Lat. — Esuriunt & sitiunt: quoniam ipsi saturabuntur.] C. Læt hrg hingpian 7 þýpstan. þopþam ðe hi beoð eft gefýllebe. q. d. Patiuntur se esurientes & sitientes esse: quoniam ipsi postea saturabuntur. Forsan Anglo-Saxonum
 LÆTAN tantundem valet ac Belg. Laeten / in Laeten uyt-gaen eenen boeck; i. e. Edere, vel emittere, librum.

IBID. versu 17. þa æ. *Lat. Legem,] H. þa læge: Sic versu proxime sequenti, pro þæpe æ. habetur in eodem cod. H. þape lage. & alibi passim. Hinc Æ-gleap. Legisperitus, est in H. Lage-gleap: Ita, Æ-gleapum est in eod. cod. Lage-piren. ac Lage-gleape: Sed & Æ-gleapan est ibid. Lage-piran: Loca, ubi hæc occurrunt, sunt Luc. XI, 45, 46, 52 & 53. Æ. in monumentis Saxonis, nusquam non usurpatur pro Lege: unde vet. Leges Inæ, Occiduorum Saxonum Regis, non alio insigniuntur titulo, quam INES Æ: Æ. quoque ponitur pro Testamento: e. g. Míner blodet calic nippe æ. i. e. Sanguinis mei calix novi testamenti; Matth. XXVI, 28. Hoc tamen an proprie dictum sit, dubito ego, cui magis arridet Versio Marci XIV, 24. ubi Min blod þæpe nipan cyðneyre habetur pro Sanguis meus novi testamenti. Conf. & Luc. XXII, 20. Lex veterib. Hollandis, teste Kiliano, dicebatur Ewe / ewe & ce; & antiquis Frisonibus, itémq; veteri Regulæ Benedictinæ Interpreti Francico (ut docet Keronis Monachi Glossarium) eadem erat Ewa. Sic, Austeritas thero ewo (i. e. legis) occurrit in Willeramii paraphrasi Francicâ ad Cant. I, 4. De Ewa isthoc sic vet.*

LL. Frisicæ: Koninges setma haetma scrioum riucht. ende alset riucht scrioum is / so haetmet een EWU; i. e. Regis constitutio, sive edictum, vocatur Scrioum riucht / (i. e. Jus scriptum:) cùm autem Jus conscriptum sit, illud vocant Ew / sive Legem; pag. 1. edit. Colonienfis. LAGE. vel Læge. aliquoties reperitur in impresso nostro exemplari, sed alio sensu acceptum quàm Æ istud: e. g. Ðpi þopgýmað þine leopning-cnyhtar upe ýlþpena lage. *Lat. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum [nostrorum?] Matth. XV, 2. Sic, Toplitende Godes bebod þop eopen stuntan lage. Lat. Rescindentes verbum (Sax. mandatum) Dei per traditionem vestram [stultam;] Mar. VII, 13. Vide quid supra notavimus ad hunc locum, pag. 501. Lage quoque legitur Matth. XV, 3 & 6. ac Mar. VII, 8, 9. sumiturq; (non pro Dei Lege, ut Æ. sed) pro Traditione humanâ, divinæ Legis labefactatrice. In aliis tamen majorum nostrorum scriptis hæc duo vocabula promiscuè exprimunt Legem Dei: ut, Ðpy timan rynd getealde on þýpþe poplbe: An tima þæp æp Godes æ. on þape heah-þæþena timan —: Oðer under Godes lage. on Moýres 7 þape pitegena timan. i. e. Tria tempora numerantur in hoc seculo. Unum erat ante Legem Dei, tempore Patriar-*

charum —: alterum, sub Dei lege, Mosis ac Prophetarum tempore. *Et mox, Men moſton æp Moÿſer laze miſtlice libban. 7 unþer Moÿſer æ mancÿn eac hoÿobe on oðpe piran —. i. e. Hominibus viveadum erat, vel vivebant homines, variè, vel diverſè, ante Moſis legem datam: atque ſub lege Moſaicâ alio etiam modo vivebat genus humanum: —; Alfrici epiſt. mſ. ad Clericos, ſive ſacerdotes (Sax. to gehabedum mannum) pagg. 2 & 3. Alfrici itaque ævo Lex Dei communiter dicebatur Gobeÿ æ. & Gobeÿ laze. Poſtmodum verò illo Æ paulatim, ut videtur, exoleſcente, hoc Laze cœpit unicè obtinere; utpote quod Anglicè nunc ubique ſcribitur Law / à quo parùm abeſt etiam Danicum Lov. Nam ſicut Anglica Bow / Arcus; Saw / Serra; & Maw / Stomachus ſunt à Saxonice Boza. Saga. & Maza: ita Law / ut par eſt credere, formatum fuit ex Laze. quod & Laza exaratur Mar. VII, 8. itémq; verſu 9. in cod. Benedictino. Huc referri poteſt Regis Edwardi LAGA, cujus fit mentio in LL. Henrici I. R. cap. 2. & in hiftoriâ Richardi Prioris Haguſtaldenſis, ad an. 1035. Hujus quoque loci eſt Denelaga, quod cernitur in LL. Edovardi R. cap. 12. nec non Denelae vel Danelae (Saxonice Denelaga) Merchenelae (Sax. Mÿpenalaga) & Weſt-Serelae (Sax. peÿt-Seaxnalaga) quæ paſſim occurrunt in LL. Guilielmi I. Regis. Denique ad hoc Laza revocandum eſt Utlaga. Exlex; atque etiam Lahmen (ni fallor) quod redditur Legis homines, in Gloſſario quodam antiquo, quod calci priſcarum Legum ab Abr. Wheloco editarum habetur ſubnexum. Sed hæc, cum hujusmodi infinitis, diſcutiantur ab aliis, quorum intereſt ea ad amuſſim pernoſcere: dum nos, Typothetæ noſtro obtemperaturi, feſtinamus ad ſequentia.*

IBID. verſu 24. Altape.] H. peoÿebe: Latinum ALTARE non retinetur tantùm in Italico Altäre, Hispanico Altár, & Gallico Autel; verùm etiam in Saxonico illo Altape. Anglico Altar / Alamannico Altar / Belgico Altar & autar / vet. Friſico Alter / Islandico Altared / Danico Altaret / Finnonico Altarin; quin & in Bohemico Ungaricòq; Oltar / Polonico Oltarz / ac Moſcovitico OATAP. Ab Eccleſiæ ſcriptoribus illud plerumque dicitur Altare, quod veri Dei cultui dicatur; Ara verò, quod Idolorum. Unde de Fortunatiano epiſcopo, qui poſt defectiorem ad Idololatriam, epiſcopatum ſibi vindicare cœperat, ſic ſcribit Cyprianus: Audet ſibi adhuc ſacerdotium, quod prodidit, vindicare: quaſi poſt aras Diaboli accedere ad altare Dei fas ſit; Lib. I. epiſt. 7. Altaria, inquit Feſtus, ab altitudine dicta ſunt: quòd antiqui diis ſuperis in ædificiis à terrâ exaltatis ſacra faciebant. Ad Altare itaque originatione propè accedunt tam Hebraicum אֹלְתָר, quam Græcum βωμός quæ tamen Idolorum Aris attributa paſſim videmus. Veri enim Dei Altare nuncupari ſolet Hebraicè אֹלְתָר, & Græcè ὄρειον, cui aptè reſpondet Gothicum hōnſlaſt aÿſ. q. d. Sacrificii locus, Sacrificatorium. Saxonicum Altape. vel altap. occurrit etiam Luc. XI, 51. ubi in Verſione noſtrâ conſpici-

fficitur Betpux þam altape 7 þam temple. pro Lat. Inter altare & ædem: at
 in Glossâ Oweni ibid. habetur Betpūh pibibe 7 ðam pæghpægle. i. e. Inter al-
 tare & velum. **PEOFED** vel **peofod**. nusquam non invenitur in Anglo-
 Saxonum monumentis usurpatum pro Altari, cum aliqua tamen scriptio-
 nis diversitate. In hoc enim *Matthæi* Contextu legitur **þæt peofud 1 pibeb**. in *Euange-
 lico Farmenni* codice interlineato; at in *Aldredi* Glossâ pariter interlineari habetur
To piȝbed ibid. pro Ante altare. Sic, *Psal. XLII, 4.* (secundum Lat.) Ad al-
 tare transfertur **To peofode**. at in *cod. Juniano* scribitur **To pibede**. & in *Can-
 tabrigiensi*, **To piȝbede**: In poetica *Cædmonis* paraphrasi lego **peobebb**. pag. 61.
pibeb. vel **piȝbed**. fortè tantundem Saxonice valet ac *Got. VEIHWIND* (si per
Grammatices analogiam sic dicere liceat) i. e. Sacra, vel sancta, mensa. Certè
VEIH NAMR est Sanctum nomen; & **AHMA VEIHS**. Spiritus sanctus;
Luc. I, 49 & 35. Ita, in *Keronis* Glossario, Sacrum est *Wihō*; & Sanctum, *Wihaz*.
 In *LL.* quoque *Frisonum* vetustis lego *Hweerso cen viȝede stoe is*. ende di *Prestter
 een wijedan alter haet* —. i. e. Ubicunque sacer, vel consecratus, locus (nempe
 templum, sive πῖσην) est; & sacerdos sacrum, vel consecratum, altare habet —;
 pag. 91. Sed & Templum consecratum *Belgis* dicitur *Ghewijdde / vel ghewij-
 hede / plaetse*. Ex quâ linguarum affinitate harmoniâ stabilitur conjectura de signi-
 ficatione Saxonici **pi** vel **piȝ**: Porro Gothicum **WIND** usurpatur pro Mensâ;
Luc. XVI, 21. ubi in *Versione* nostrâ *Sax.* habetur *Beod*. ac in *vetustiori* *Glossâ*
Aldredi, *Bead*: Nec est cur demiretur quis, quod Altare dicatur Mensâ;
 quum **יהוה שלחן** (*Malachiæ I, 7.*) i. e. Mensa DOMINI, passim explicetur
 per DOMINI Altare. **המזבח**, inquit *Don Isaac Abarbanel* in locum,
**נקרא שלחן השם כמו שאמר יחזקאל על המזבח זה השלחן אשר לפני
 יהוה** i. e. Altare vocatur Mensa DOMINI: sicut *Ezekiel* de Altari dixit,
 Hæc est mensa quæ est coram DOMINO; nempe *Ezek. XLI, 22.* cui ad-
 gatur etiam *Ezek. XLIV, 16.* & *Hebr. XIII, 10.* Eadem illius loci expositio in-
 venit totidem ferè verbis, in *Commentariis R. Shelomonis ben Melec*, in lib. cui
 titulus **מכלל יופי**: quomodo & eundem *Malachiæ* Textum, ante utrumque isto-
 rum *Commentatorum*, explicavit *R. Abrah. Aben Ezra*. *ἵεροσταν* satis notum
 est in *Græcorum* Liturgiis: utrum verò hoc à quibusdam commodè reddatur per
 Sacrum altare, penes alios esto iudicium. Nobis satis esto unum *Pomp. Festi* testi-
 monium, ob rationem non unam, hic in medium proferre: scil. Mensæ in ædibus
 sacris ararum vicem obtinent; quia legibus earum omnium sacræ quoque mensæ
 sunt, ut velut in ararum vel in pulvinaris loco sint. Hæc ille: quibus non modò
 astringitur conjectura qualiscunque de Mensa sacra; verum etiam suggeritur & aliud
 quid, hujus **pibeb** enucleationi non minùs forsàn conducturum, in verbis illis —
 in ararum, vel in pulvinaris loco —. Pulvinaria in templis, ut docti obseru-
 runt,

runt, dicebantur olim lectuli quidam diis dicati, in quibus reclinabantur Deorum ementitorum simulacra. Lectisternium autem vocabatur solennitas, in qua lectuli illi, graviore aliqua supplicationis causa, sternebantur. Quae de re sic Augustinus: Ubi erant [illi dii] quando pestilentia maximam exorta, diis inutilibus sine remedio populus diu multumque fatigatus, nova lectisternia, quod nunquam antea fecerat, exhibenda arbitratus est? Lecti autem sternebantur in honorem deorum, unde hoc sacrum, vel potius sacrilegium, nomen accepit; de civit. Dei lib. III. cap. 17.

Quum itaque plurimae Saxonum nostrorum antiquitates ex Ethnicismi tenebris petendae sint, forsitan pibeð non incongrue transferatur Sacer lectus, vel sacrum pulvinar. Significatio vocis Beð abundè probatur è Luc. v, 24. ubi pro ^{Aeg. & λαιδόν Cx,} sive Tolle lectum tuum, habet Interpres Gothicus **nshar-gands þata þadi þeinata**. Saxonice, Nim þin Beð. Alamannicus, Hebe dein Bettlein auff; & Belgicus, Neemt uw' Beddeken op. Anglis quoque nihil usitatus quam **Bed** pro Lecto. Nescio an dignum notatu sit, quod Super cervical (Mar. iv, 38.) reddatur, in Bibliis Danicis, per Paa en Pude. Verumenimvero si modò Pude denotet Cervical aut pulvinar, non multum discrepat id à syllaba terminante illud peofoð aut peofud. quod modò memoravimus. Sin hoc interea penitus incongruum videatur, quod Altare dicatur Pulvinar sacrum: Lector meminerit phraeseos Ciceroniana, Ad omnia pulvinaria supplicatio decreta est; itémque Liviana, Ad omnia pulvinaria sacrificatum fuisse. Nihilominus ego isthoc non observassem, si priorem illam originationem una ex parte claudicare non essem suspicatus. Namque ut pibeð præcisè fiat Sacra mensa, indicandum est ultimam ejus syllabam aliquando scribi Saxonice beoð vel beað. vel etiam probandum est Beoð. i. e. Mensa, interdum efferrì Beð. bið. þeð. foð aut fud. quorum tamen neutrum à me hæc cursim attingente est hæcenus animadvertsum. Dum hæc in chartulam, quam efflagitat Typographus, conjicio, significat mihi Cl. Junius se quoque Saxonice peofoð illustrasse in Observatis, quæ nunc adornat, ad Francica Glossaria. Ab egregio itaque illo literaturæ Septentrionalis propagatore expectet lector aliquid his meis & accuratius & certius; utpote quod elaboraturus est vir, qui me ut multis annis præcessit, ita multis parasangis in harum literarum stadio nunc indefessè felicitèrque præcurrit.

Hæcenus, mi Lector, Specimen habuisti Annotationum nostrarum in variantes etiam Lectiones codicum collatorum. Reliquæ variationes notabiliores subsecuturae sunt: sed quæ tuas, si operæ pretium censeatur, sagaciores expectunt elucidationes. Mibi sanè, qui in Etymologicis nullus sum, imprimis molestum est in antiquarum vocum enodatione, fortè penitendâ, diutius versari. Nec festinanti licet singula pro merito atque examussim examinare.

IBID. versu 36. Ænne loc zebon þpitne oððe blacne. Lat. Unum capillum

lum album facere, aut nigrum.] *H.* Don ænne loc hþit ne oðepne blacne. *i. e.* Facere unum capillum album, nec alium nigrum. *Pro hþitne oððe. perperam scripsit librarius hþit ne oðepne.*

IBID. versu 39. Líf hpa þe þlea. *Lat.* Si quis te percusserit,] *H.* Líf hpa þe þmite. *Sic, Sloh. Lat.* Percussit] *H.* Smaz. MATTH. XXVI, 68. & Luc. XXII, 64. Percussit est Gothis **SLAgh**. Saxonibus Sloh. *Danis Islandisq;* Slo / Alamannis Slbug / & Belgis Sloegh; *Joh.* XVIII, 10. Saxonicum itaque SLÆGAN. þlegan vel þlean videtur idem significare quod Got. **SΛA-hAN**. Belg. Slaeghen vel slaen / Island. Sla / &c. nempe Percutere. Anglicum verò to Slap / quod istis cognatum est, idem valet quod Sax. Ofþlean. & Belg. Dood-slaen / Occidere. Nam Percutere ab hodiernis Anglis redditur to Smitte; quod idem ipsum est atque illud recentioris codicis Hattoniani, SMITEN.

MATTH. VII, 7. Enuciað. *Lat.* Pulsate,] *H.* Lnyrrað. *In Aldredi Glossâ interlin. habetur Lnyrrað i cnyllað ze. & in Versione Islandicâ Bnyed a. Ab his parum discrepat ЖПНРАК. quod in Lexico Runico est Agitatio, concussio. Eadem prorsus lectionis diversitas conspicitur in versu 8. proxime sequente; nempe, þam enuciendum. Lat. Pulsanti] C. þam cnyrrendum. Ubi in Glossâ jam laudatâ pariter extat Ðam cnyrende i cnyllende.*

IBID. versu 15. Þapnað eop þþam —. *Lat.* Attendite à —] *H.* hio pro þþam (quod Gothis est **þANKA**. Islandis þyrer / & Danis þot) habet þið. qui tamen codex hoc þið alio sensu acceptum, de industriâ interdum averfatur. Exempla sunt; MATTH. XX, 13. þið anum peninge. *Lat.* Ex denario.] *H.* For ænne þænið. *Sic, MATTH.* XXI, 19. þið þone þeg. *Lat.* Secus viam] *H.* Be þa þerge.

IBID. versu 26. Oþer þand-ceoþel. *Lat.* Super arenam.] *C.* Oþer þtan-ceoþel. Anglo-Saxonum SAND est Arena; at STAN propriè significat Lapidem, petram; ut, versu 25. præcedente. Alam. Biß vel kieß / & Sax. Leopl-þtan (apud L. Noëllum) significant Glaream vel sabulum. Sed Germanorum Bisel-stein / vel fesel-steen / est Silex.

MATTH. VIII, 26. Bebeað þam þinde 7 þæþe þæ. *Lat.* Imperavit ventis & mari,] *C.* addit, þ hiz þþigðon. *i. e.* ut tacerent. *Conf. Mar.* IV, 39.

MATTH. IX, 14. 7 þur cþæðon. *i. e.* Et sic dixerunt,] *B.* þurr cþeþende. *i. e.* Sic dicentes. *Utraque lectio eodem recidit. Vulg. Lat.* habet Dicentes.

IBID. versu 24. Nýr ðis mæðen ðeab þoðlice. ac heo þlæpð. *Lat.* Non est enim mortua hæc puella, sed dormit.] *C.* — ðeab. þoðlice heo þlæpð. *i. e.* — mortua, verè, vel nam, dormit. **SOÐLIE** non modò usurpatur pro Nam vel enim, sed etiam pro Verè; ut, *Matth.* XIV, 33. & XXVI, 73. Unde Amen, quod Orationem Dominicam claudit (*Matth.* VI, 13.) transfertur Soðlice. Item, pro Soð. Verè (*Matth.* XXVII, 54.) habetur in cod. B. Soðlice. Immo etiam, pro

Soð. roð. Amen, amen (*Job. XIII, 16.*) occurrit Soðlice in codd. B. C. & H. Ambiguitate igitur vocis Soðlice deceptus, hic lapsus est codicis C. librarius: qui & in errorem non minus crassum eadem ambiguitate inductus, post Soðlice. Enim (*Matth. XVIII, 11.*) posuit Ic eop recge. i. e. Ego dico vobis; perinde ac si Latine scriptum esset, Amen, dico vobis. Nec alium errorem errasse opinor codicis H. descriptorem: quippe qui substituerit Treplice. Certè, pro Soðlice. Autem; *Job. XI, 13.* Hujusmodi plura facillimè observabit attentus lector.

IBID. versu 29. Sý inc æfter eoppum geleasan. i. e. Esto vobis duobus secundum fidem vestram. Aliqui codd. pro Eoppum. habent Incpun. i. e. Vestram duorum; idq; rectè. Nos, qui receptam lectionem nolimus temerè deturbare, hic cum exemplari impresso, ac codice Cantabrigiensi retinimus Eoppum: Recurrat lector ad ea quæ de hoc Incpun. atque aliis etiam Pronominib. Dualib. notavimus in Observationib. nostris ad Textum Gothicum, pag. 416.

MATTH. X, 22. Se byð hal. Lat. Hic salvus erit.] C. addit Amen.

IBID. versu 26. Nýr roðlice nan þing ðyhle þ ne þurðe gerpuþelob. ne nan ðyhle þing —. Lat. Nihil enim est opertum, quod non revelabitur; & occultum, —.] H. — ne nan gehýð þing —. i. e. — & nihil occultum, —. Noluit scilicet librarius ut Opertum & Occultum per idem DYÐLE redderentur. Conf. Mar. IV, 22. & Luc. VIII, 17.

MATTH. XI, 23. On Sodomalande. Lat. In Sodomis; ad verb. In terrâ Sodomiticâ, Sodomorum, vel Sodomitarum.] C. On Sodom. sed B. On Sodomum: Versu proximè sequente pro Terræ Sodomorum habetur Sodom-papa. vel Sodom-papa. lande (sic enim potius scribendum esset, quàm Sodom-papalande. quod prelo labente excusum est) q. d. Sodomitarum terræ.

MATTH. XIII, 3. Sæþeþe. i. e. Sinator; Anglice **Seedsmán**] C. Sæþeþe. H. Sæþeþe. i. e. Sator; Anglice **Sower**.

IBID. versu 48. Þiz apuþþon ut. Lat. Foràs miserunt.] H. Þiz atopþeþon ut: TORFIAN est Jactare: unde Navicula jactabatur redditur Sax. Þæt þcip þær totopþob. Angl. **The ship was tossed**; Matth. XIV, 24. Ubi, pro Totopþob quod habetur in nostrâ Versione, habet Aldredus Glossator Apoppen. sicut pro Apoppen. in isthoc Contextu, cod. H. jam citatus ostendit Atopþeþon: Conf. Mar. XII, 41. Oþtopþian (*Matth. XXI, 35.*) & Mib þtanum oþtopþian (*Matth. XXIII, 37.* & *Job. VIII, 5.*) usurpantur pro Lapidare. Sic, Substulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum, transfertur þa lubeas namon þtanar. þ hiz polþon hyne topþian. *Job. X, 31.* Quomodo etiam Mýð þtanum getopþobe lego pro Lapidib. obruti; in Nathanis Judæi fabulosâ legatione m. s. §. 8. Et de Achane, qui execranda spolia convaserat, eadem dicendi ratione affirmatur, he þearð oþtopþob mib þtanum. i. e. Lapidatus, vel frequenti lapidum

dum jactu ictuque interfectus, erat; *Basilii Reg. Monach. §. 8.*

MATTH. XIV, 9. Ge-unpet. *Lat. Contristatus*] C. Ge-unpotrub. H. Unbliðe. Pro GE-UNRET & Ge-unpetan substituantur in cod. H. Ge-unpot atque Unpotan. *Mar. VI, 26. Sed vice ejusdem Ge-unpet legitur in eodem cod. H. Ungepot. Mar. X, 22. Ge-unpotroþe dicuntur qui Contristati sunt; Matth. XVII, 23. UNBLIÐE* verò proprie significat Illætabilem, minimè jucundum, lætum aut hilarem: pro quo Belgæ similiter dicunt Onbliðe.

MATTH. XV, 20. Unþrogenum handum. *i. e. Illotis manibus*] H. Unþerþen hande. Priori illi lectioni consonant Islandica *Ned ofuegnum hondum/ & Danica Met wtone hender: at hanc posteriorem imitantur Anglica With unwaſhen hande/ Alamannica Mit uingewaschenen händen/ atque Belgica Met onsghewaschen handen. Hujus generis est varians quoque lectio, MATTH. XXVII, 24. ubi Þpoh (pro quo Gothus diceret ψυχη vel nsψυχη) Lavit, exprimitur in cod. H. per Þeorc. Sic, in vet. Paraphrasi Willeramii Francicè video 3h havo mine suoze gethuagan positum pro Lavi pedes meos; *Cant. V, 3. at in Keronis Glossario pariter Francico extat, Lavare, Waschan, Saxonicum ÐpEAN idem planè est cum Gothico ψυλλαν. Lavare: unde, Ut baptizarentur exponitur Ðæt hig abþegene þæron. Luc. III, 12. ÞÆSEAN quoque & þacran significant Lavare: ut, þohfun. (& in cod. C. Þoxon. vel, ut habet H. Þexon) est Lavabant; Luc. V, 2.**

IBID. versu 25. Geþylt. *Lat. Adjuva*] C. Gemyltra. *i. e. Miserere: nam versu 22. præced. legimus Gemilttra me. pro Miserere mei; & mox versu 32. Ic gemiltþige. pro Misereor.*

MATTH. XVI, 3. Hreoh þeber. *Lat. Tempestas*] H. Ren þeber. HREOH est Asper, austerus, &c. unde Mare iratum, lævum, exasperatum ac procellosum vocatur Hreoh þæ. *Job. VI, 18. Hinc quoque Procella, sive tempestas, dicitur Hreohnýrre. e. g. Gepmanuþ þe Biscop — æþert þær þær. 7 æfter þam Ðana Pelagianýcan hreohnýrre — geþilbe. i. e. Germanus Episcopus — primò maris, ac postea Pelagianorum tempestatem — sedavit; Capitul. hist. Eccl. Bedæ, lib. I. cap. 17. Ab hoc non abludit Poëtæ illud, in Metamorph. lib. XI.*

Aspera crescit hyems; omniq; à parte feroces
Bella gerunt venti, fretaque indignantiã miscent,
Huc etiam facit quod Hreoneþrre. Tempestas (*Luc. VIII, 24.*) in cod. H. dicatur Reðnýrre. *q. d. Sævitiã. REN idem valet quod Gothicum RIGN. nempe Pluvia. Conf. Cl. Junii Glossarium Got. in voce RIGN:*

IBID. versu 4. Ðim þoplætenum he þeþde. *Lat. Relictis illis, abiit.*] H. Þa þeþde he 7 him þopleet. *i. e. Tunc abiit, illòsq; reliquit. ÐIÐ FOR- LÆTENUM absolute sumitur, ut Lat. Relictis illis. Ne autem lectori inexerci-*

rato imponat Saxonismus iste ab aliis, quantum vidi, nondum explicatè observatus; placuit exempla quædam in medium proferre. Num þa ʒyt ʒpnecebun. Lat. Adhuc eo loquente; Matth. xvii, 5. Gecriʒyðum hyr leornung-cnihtun. Lat. Convocatis discipulis suis; Matth. x, 1. Ut-abryrenum þam ðeople. Lat. Ejecto dæmonio; Matth. ix, 33. Hæc Masculinorum in utroque numero exempla sunt: sequuntur phrasæ aliquot terminationis Fæmininæ. Apoppene þæpe ʒcytan. Lat. Rejectâ sindone; Mar. xiv, 52. Þinne ðupa belocenpe. Lat. Clauso ostio [tuo;] Matth. vi, 6. Up-ʒppungene þunnan. Lat. Sole orto; Matth. xiii, 6. Denique, sicut pro Sole orto habetur Up-ʒppungene þunnan. Mar. xv, 2. ita, pari prorsus absolutæ locutionis modo, pro Ἀπείραστον ἡλίου, in Versione Got. extat ΑΠΗΚΙΝΝΑΝΔΙΝ ΣΙΝΝΙΝ: Hujusmodi plura quivis facillè notabit.

IBID. versu 14. Iohannem þone Fulluhter. Lat. Iohannem Baptistam,] O. & C. Fulluhter per. Sax. þER significat Virum: non tamen existimo Saxonum per è Latino Vir fuisse formatum; quum Gothis quoque VAIK sit Vir. Non desunt viri docti, qui mirè prædicant Scytharum linguæ vetustatem longè remotissimam; quiq; ipsum Græcismum Scythicæ fuisse originis non dubitant asserere. Videant itaque Etymologi, num Gothicum VAIK; atque etiam Græcum ἄνῆρ, re- vocari debeant ad Scythicum ἄνῆρ, de quo sic Herodotus: Τὰς Ἀμεζόνιας καλεῖσσι Σκύθαι Ἀιοπεταῖ. διώσαι δὲ ἔθ' ἑνωμα τῶν καὶ Ἐπῆδα γλώσσῃ Ἀιδεργῆνοι. Ἄνῆρ γὰρ καλεῖσσι τὸν ἄνδρα. ἔθ' Ἡαῖα, κλείειν. Sic ille, lib. iv. pag. 259. edit. Gener. an. 1618. Ubi hoc Fulluhter per jam scripturus eram, subdubitare cœpi, annon potius scribendum esset Fulluhterper. ac si y in vocem Fulluhterper esset à librario obiter injectum. Hoc quidem in Anglo-Saxonicis non semel observari admissum: e. g. in Menolog. Sax. pro Geʒfullobe. Baptizabat, quod habetur in cod. Benedictino, scribitur Geʒfulpabe in cod. Cottoniano; ad diem Septemb. 21. Re tamen paulò attentius perpensâ, conjicio forsan Baptistam dici posse Fulluhterper eodem sensu, quo Agricola dicitur Saxonice Æcer-man (in Ælfrici Glossario ms.) Belgicè Ucker-man / & Anglicè Husbandman. Vocem Man. quatenus ea Hominem & Virum denotat, frequentissimè annexam esse quibusdam Masculinis hominum appellationibus, in linguis plerisque Septentrionalium, notius est quàm ut probatione egeat. Minus itaque mirandum est si per eundem quoque usum aliquando sortiatur: præcipuè si inter se conferantur ea quæ leguntur in Matth. vii, 24 & 26. ob alias rationes notatu non indigna. Illic enim versu 24. pro Græcis Ὁμοιωθεὶς ἀνδρὶ σοφῷ, ac Latinis Affimilabitur viro sapienti; habetur in Gothicis ΓΑΛΕΙΚΡΑ ΙΝΑ VAIKΑ ΕΚΧΑ ΛΑΜΜΑ. & in Saxonice, Bið zelic þam þyan pepe: At mox versu 26. Græca Ὁμοιωθεὶς ἀνδρὶ μωρῷ, & Latina Similis erit vero stulto, transferuntur Gothicè ΓΑΛΕΙΚΡΑ Λ ΜΛΝΝ ΔΥΛΛΑΜΜΑ. & Anglo-Saxonice,

Se bið zelic þam byrgan men: Hic enim Avig & Vir, tam per **VAIK** & per. quàm per **MANNA** & Man traducta cernuntur. Sin autem per plurima illa Nomina Masculina in **er** (& Saxonice in **epe**) desinentia, quibus virorum officia &c. in lingua Anglica, Germanica, &c. designantur, terminationem illam suam è **VAIK**. per. aut aliquo simili, formatam acceperint; ista profectò, quæ à nobis modò adducuntur, è vestigio reddentur probabiliora. Anglis enim perinde est Aratorem dicere **Plowman** / ac **Plower**: & Nautam appellari Belgicè tam **Schipman** quàm **Schipper** / à Corn. Kiliano est affirmatum. Sed hoc ab aliis accuratius exploretur. Dijudicent quoque Etymologi, utrum hujus loci sint Hieropolim-papu (Matth. II, 3. & III, 5.) sive Hieropolima-pape (Mar. I, 5.) i. e. Hierosolymitani; & Sigel-papa (in Menologii loco supra citato, & Cædmonis Paraph. pag. 64.) i. e. si rectè capio, Æthiopes; atque etiam Heoron-papa. eopð-papa & hel-papa (in Serm. Cathol. citato in Bedæ hist. Eccles. lib. IV. cap. I & 2.) i. e. Coelestes, terrestres & infernales. (Phil. II, 10.) istiusmodiq; non pauca passim occurrentia. Desinant etiam solertes originationum indagatores, an legitimam inter se cognationem habere, atque huc spectare, censeantur Saxonum Rompape (Bedæ hist. Eccles. l. I. c. 3.) Frisicum Komera heren / vel heran (LL. Fris. pagg. 5, 45, &c.) Islandicum Komverier / Danicum Komere / & Alamannicum Kômier (Job. XI, 48.) quibus omnibus significantur Romani: item, Sax. Bupg-papu (Matth. XXI, 10.) Fris. Burch-heren (LL. Fris. p. 9.) & Belg. Burgerenf quibus denotantur Cives, municipes. Sed de voce Fulluht per satis superque. Quum igitur in prosequendis istis, quorum exitum difficilium est invenire quàm principium, deprehendam me non modum solummodò, sed etiam destinatarum pagellarum limites transire; decretum est, in reliquis succinctissimè subnotandis, & chartæ & temporis angustiis parère. Hactenus quidem singula, è Saxonum nostrorum monumentis petita, habuit lector à nobis qualitercunque conversa Latine, ac subinde illustrata: at in iis, quæ sequuntur, tentet ille demum sine cortice natare; propriiq; ingenii vires exercent in variantium lectionum rationibus expiscandis.

IBID. versu 23.] C. To Petre] cpæð: IBID. versu 27. Agylt æghpýlcum be hyr aġenum peorce:] H. Agylt he æghpýlcum men be hyr aġenum mede:

MATTH. XVII, 20. Geleafan rpa] H. Geleafan rpa mycel rpa:

MATTH. XVIII, 2. Lytling] H. Geongling: IBID. versu 27. Forþear him] H. addit eall:

MATTH. XX, 20. Beapna] C. Suna: IBID. versu 22. Gyt nýton hpæt] H. Gyt nýton ze hpæt: Librarius accepit Gyt pro Adhuc; non autem, ut debuit, pro Vos duo. IBID. versu 25. pite ze] C. pýtoblice:

MATTH. XXI, 8. Strehton] H. Spnebbon: IBID. versu 22.

Ge beoð tīþa.] H. Eop beoð zeteiðab. Conf. Joh. v, 14. IBID. versu

32. Gelyfðon him.] H. Gehepðen hine.:

MATTH. xxii, 2. hƿƿ suna zƿƿta.] H. hƿƿ sunes bƿudgƿƿte. Vide Mar. xii, 25. & Matth. xxiv, 38.

MATTH. xxiii, 39. Ge recgeon. Sƿ gebletƿob] C. Ge rƿngon. Sƿ gebletƿob. rƿ gebletƿob.:

MATTH. xxv, 6. Man hƿmbe] H. Man cleopebe.:

MATTH. xxvi, 18. pƿpce mine Eapƿo] C. pƿopðie mine Eapƿo. IBID. versu 40. He gemette] H. Funbe. & sic aliàs. IBID. versu 65.

Ge gehƿpbon] C. pe gehƿpbon. Nos ponitur pro Vos. IBID. versu 69.

An þeopen] H. An þaƿa þeopa. IBID. versu 71. pƿln] H. pealne. sed C. pƿnen. Vide Luc. i, 38. & Joh. xviii, 16, 17.

MATTH. xxvii, 19. Fela ic hæbbe] C. Ic hæbbe micel.:

MAR. I, 30. hƿiðigenbe] H. hƿerigenbe. IBID. versu 35. Æp] H. Æp sunne. Conf. Text. Gothicum. IBID. versu 43. Bead] Sic B.

& C. sed H. habet Bæd. & cod. O. Bend.:

MAR. v, 10. Dƿbe] O. Dƿbbe. sed C. Nƿbbe. IBID. versu 37.

Æniz ne fƿlgean] C. Næniz ne fƿlgean.:

MAR. vi, 29. Lic] O. Lichamon. & C. Lƿchaman. Text. Got. habet

ÆIK: IBID. versu 49. Unƿæle] C. Unclæne. IBID. versu

50. Nellen] B. Ne þƿpƿon. IBID. versu 56. Fnæb æthƿnon] C.

Fnæbeƿ æthƿnan morton.:

MAR. viii, 12. Geomƿnebe] H. Reopƿnebe. Conf. Luc. x, 13.

IBID. versu 38. pƿlþne] C. Rƿce.:

MAR. ix, 23. Mith] C. pƿlt. IBID. versu 43. panhal to lƿpe

ga.] H. panhælðe leopne.:

MAR. x, 15. Ne mæg he] C. Ne zæð he.:

MAR. xi, 8. Boƿar] O. & C. Boceƿar. IBID. versu 26. Fæbeƿ

þe on heoƿenum ƿr.] O. B. & H. heoƿonlica Fæbeƿ.:

MAR. xii, 42. Stƿcaƿ. þ ƿ feopðung penningeƿ.] Hæc è Glossis interlin.

suppeditantur: omnes enim Versionis nostræ codices habent Feopðlungaƿ tantum.

MAR. xiv, 30. Ðana] H. Loc. sicq; alibi passim. Conf. Joh. xviii, 27.

IBID. versu 59. þærlie] H. þaƿ gelic.:

MAR. xv, 13. hƿmðon] H. Gƿætten. Sic Luc. xxiii, 18 & 21. pƿ

hƿmðe ac hƿmðon. habentur in cod. H. Gƿette atque zƿetten.:

MAR. xvi, 14. Ænleƿene þaƿ hi æt mete ƿæton. sic cod. H.] Ceteri

codd.

codd. habent Tpelsum þar hi ætgeðere sæton: *IBID. versu 15.* Fapað into eallne middan-earþ.] *H.* Grað rpa pið rpa middan-earþ:.

LUC. I, 20. Nu þu biſt] *H.* Nu abyðst: **LUC. II, 10.** Geſean] *H.* Blisse. *sicq; alibi.* *Conf. Luc. xxiii, 8. & xix, 17. sed maxime Luc. vi, 23.* *IBID. versu 12.* Hæzglum bepunden] *C.* Llabum bepunden:

LUC. VII, 6. Hundsþeb-mann] *H.* Hundsþeber ealþor: *IBID. versu 8.* Ic eom] *B.* Ic ne eom: *Error.* *IBID. versu 44.* Pæten. *sic C. & H.] O. pæten. & B. pætan. quibus consonat Gothicum VATA hoc in loco usurpatum.* *Conf. Luc. viii, 6.*

LUC. IX, 8. Sume þan] *B.* Sume sæbon: *Confer præcedentia.* *IBID. versu 17.* þar belison] *C.* þar lærþe særon. *sed H. þar sæpe 7 rylþe:* *IBID. versu 38.* Anlica] *C.* Ænega: *Sic Angli dicunt Oneli / sed Belgæ Ænigh / pro Lat. Unicus.*

LUC. XI, 22. Ofeppinð] *B.* Ofeppinð: *IBID. versu 46.* Æ-gleapum] *H.* Lage-piran. *sic pro Æ-gleapan habet H. Lage-piran. infra versu 53. at versu 52. Æ-gleapum scribitur in cod. H. Lage gleape:*

LUC. XII, 6. Hæþlinge.] *C.* Æþlinge. *sed H. Halpenige:* *IBID. versu 23.* Mett.] *Hoc acceptum fuit ex Aldredi Glossâ. Omnes hujus Versionis codd. habent Se lichama. sed perperam.* *Conf. proximè sequentia.* *IBID. versu 33.* Moðde] *H.* Mozde: *IBID. versu 39.* Hipeþer ealþor] *H.* Hipeþer hlaporþ:

LUC. XIII, 7. Forþeopþ hýne. hpi ofþpicð] *H.* Forþeopþ hýne. hpi ofþpicð: *Sic versu 9. seq. pro Leopþ habetur in cod. H. Forþeopþ:* *IBID. versu 8.* Meoxe.] *H.* Dunge: *Conf. Luc. xiv, 35.* *IBID. versu 29.* Nonð-bæle.] *H.* Suð-bæle: *In H. igitur deest Nonð-bæle. sicut Suð-bæle in reliquis codicib. desideratur.*

LUC. XIV, 19. Getýme] *C.* Getýmde: *IBID. versu 21.* panhale] *H.* panhæftan:

LUC. XV, 13. Feoplen piçe.] *H.* Feoplenþen: *At Luc. xix, 12. pro Fýþlen land. substituit idem cod. H. Feppen land:* *IBID. versu 17.* Hýþlinga] *O. B. & H.* Yþðlinga: *Sic mox versu 19. pro Hýþlingum. quod in uno cod. C. occurrit, habent reliqui codd. Yþðlingum. scil. Colonis, pro Mercenariis.* *IBID. versu 25.* De com] *H.* addit ham:

LUC. XVI, 3. Geþeſſeipe] *H.* Geþeſſeýpe: *Conf. vers. 1, 2 & 4. hujus tmematis.* *IBID. ver. 10.* Lytlum getpýpe] *C.* Lytlum þingum getpeope: **LUC.**

552 OBSERVATIONES IN

LUC. XVII, 6. Spa renepeþ cogn.] H. Spa micel ſpa an renepeþ cogn. Huic ſimile eſt quod notavimus in Matth. XVII, 20. *IBID.* verſu 15. Mæþriþende] H. heþiende: Conf. Luc. XXIV, 53. & XVI, 8.

LUC. XX, 14. Yþpe-peapþ] H. Earþednyme. cui ſentaneum eſt Got. **ARBINNMGAL.** quod hoc etiam in loco cernitur uſurpatum. *IBID.* verſu 35. Of deabum] H. Of deaðe: Ex morte pro Ex mortuis. *IBID.* verſu 46. Mliniþga] C. Mleonunþa. ſed H. þenuþge: Conf. Job. XIII, 2, 4. & Matth. XXVI, 17.

LUC. XXII, 11. Earþron þynce] C. Earþron nyne: Cum priore concordat þæt ic þynce Earþro. quod reperitur Matth. XXVI, 18. Conf. quoque Job. XXII, 8. Sed Earþron nyman non obſcurè adumbratur in Corpus Domini to nimane / quod lego in vet. LL. Friſ. pag. 93. *IBID.* verſu 45. Unþotnerre] H. Saþuþnerre: Vide quid ſuprà notatum eſt ad Matth. XIV, 9. & confer Job. XVI, 21, 22. & XXI, 17.

LUC. XXIII, 8. Mýcelþe tide] H. Langeþe tide: Vide Job. V, 6.

LUC. XXIV, 23. Gemettun.] H. Ne þereagen: Omnino conſule verſ. 24. ſequentem. *IBID.* verſu 51. He þerde þþam hým. 7 þær þered on heoþon.] H. He þente þþam him. 7 he ſmat into heoþene: Huic convenit Anglorum *He bolted / ſtoke / vel whipped / into an houſe /* pro Subitò ferebatur in domum. Vereor tamen nè librarius pro Lat. ferebatur legerit feriebatur, aut quid ei non abſimile. *IBID.* verſu 52. Hiþ gehþurþon on Hieruſalem mid mýcelum þeþean.] H. Hiþ þecýþden into Hieruſalem mid mucheleþe bliþþe: Vide ſuprà cap. II, 10. *IBID.* verſu 53. 7 hiþ þæron þýmle on þam temple. God heþiþende. 7 hýne eac bletþiende:] H. 7 þæþen æþþe in þære temple. heþiþende 7 bletþiende God:.

JOH. I, 1. On þþuman] B. On þþýmþe. ſed H. On anþýnne æþeþt: *IBID.* verſu 15. þe ic ræþe] H. Se þe ic of ræþþe:

JOH. II, 3. Geþeoþude.] H. Geþþukeþe. ſic Iſlandi dicunt fraut. *Mibi magis placet Gloſſatorum Geþcýþte vel þeþeoþþe:* pro Defecit vinum.

JOH. IV, 22. Of Iudeum.] H. Mýþ Iudeum. non proſſus ineþþe. Gallus commodè diceret D'entre les Juifs, pro Gr. *Ex τῶν Ἰουδαίων.*

JOH. V, 2. Mþeþe] H. þæþeþþol: *IBID.* Poþþicaf:] H. Inþæþeþ: At mox verſu 3. pro Poþþican habetur in H. Inþangaf: Conf. Job. X, 23.

IB. ver. 6. Lange tide] C. Lange hþyle: Conf. Luc. XXIII, 8. & Job. VII, 33.

JOH. VI, 2. Folc] C. Mænigeo. Got. **MANAÞEINS:** *IB.* ver. 25. Hþæþne com þu] H. Hþæþen com þu: Temere ponitur Unde pro Quando.

JOH.

JOH. VII, 17. Гецнæрð] B. Гецпемð: Vide sis Joh. VIII, 29.

JOH. VIII, 54. Upe Гоб:] H. Coppe Гоб. nempe, Vester substituitur pro Noster. Recurre ad ea quæ diximus ad hunc Johannis Textum, in Observat. ad Euangelia Got. pag. 467.

JOH. X, 8. Calle þa ðe comun.] H. Calle ða ðe eller hpu buton þuh me cuman: Conf. vers. 1 & 9. hujus Capitis. IBID. versu 16. þa] O. & B. þæge. H. þa hyðer: Interp. Got. habet $\Psi\Omega$: De þæge vide Joh. XII, 20. & XIV, 12. Anglis Occidentalibus, Devonensibus saltem, **Checke** / vel **Chicke** / satis est notum. IBID. versu 21. Ontýnan:] H. Alihten ænd untýnen: IBID. versu 32. Hænan:] H. Stænen: Got. hic usurpavit **STAINIΨ**: Conf. vers. sequentem, ubi omnes codd. retinent Hæne:

JOH. XII, 1. Appehte:] H. Apehte: De Appehte consule Joh. XI, 11. atque de Apehte vide hujus cap. XII, vers. 9 & 17. IBID. versu 3. Spæce:] H. Spetnyrre:

JOH. XIX, 17. 7 he rýlf bæp] B. 7 bæpon. H. 7 bæpen: Et bajulabant, pro Et ipse bajulabat. IBID. versu 29. Full eceber:] H. Full ayrley: In cod. H. habetur iterum AISILES pro ELEDES hoc ipso versu, itémq; versu hunc continuè excipiente. Acetum Belgis dicitur tam **Asijn** / quàm **Edick**. IBID. versu 32. Ahangen þær:] C. hangebon: Num. Pluralis pro Singulari.

JOH. XX, 7. On-rundþon] H. addit Fram þam oðpen. explicativè.

JOH. XXI, 17. Lpæð] H. Sægebe: IBID. versu 25. Appitene þæpon.] H. Geppitene be heom rýlfe þæpen:

Præter jam notatas Discrepantias, restant insuper aliquot millia Lectionum variantium, oræ libri, quo utor, appictarum accuratissimâ manu Junianâ: sed quæ operâ typographicâ omnino judicantur indignæ. Nonnullas tamen è recentiore Amplissimi Dom. Hattoni codice potissimum depromptas, quæ hodiernæ Anglorum dialecti derivationem ab antiquâ illâ Anglo-Saxonum aliquantisper indicant, non gravabor jam allatis hic cursim attexere. MATTH. V, 15. Undep cýpe.

Lat. Sub modio] H. Undep cýpe: Cupa, vel dolium, est Hispanis Cúba, Gallis Cuve, Alamannis Ruffe / & Belgis Ruype. Hinc Anglorum Cooper / Doliarius. IBID. versu 26. Feopðling. Lat. Quadrans] H. Feþðyng: Angli dicimus **Farthing**.

MATTH. VII, 15. On gegypelum. Lat. In vestimentis] C. On gegyplum. H. On Keptlen: Anglicum **Hertle** / vel **Kirtle** / est Subminia. Sic pro Gr. — $\delta\delta\sigma$ $\chi\lambda\acute{\iota}\nu\alpha\varsigma$ (Matth. X, 10.) habetur in Versione Islandicâ, — suo **Kyrtila**; in Danicâ, — to **Biortle**.

MATTH. XVII, 19. Geþancar. Lat. Cogitationes,] C. Geþohtar. Anglicè **Thoughts**. Huic asripulatur id quod lego in vett. LL. Fris. pag. 163. **Inda lesta dei schil God rinchta da heemlika tingh dera liodena / ende openberia da tochten der herten.** In ultimo

die iudicii iudicabit Deus occulta hominum, & manifestabit cogitationes cordium. MATTH. XIX, 4. *ƿiƿman*: Lat. *Fœmina*] *H. ƿimman*. *Anglicè Woman*. *Conf. Mar. x, 6.* *Adhæc*, MAR. VIII, 25. *Beophelice*. Lat. *Clarè*.] *H. Bƿihtlice*. pro quo *Angli dicunt Brightly*. Sic, pro *Beophht*. *Lucidum*, habet *cod. H. Bƿiht* (*Angl. Bright*) LUC. XI, 34. atque pro *Beophhtnerre*. *Claritas*, ostendit *idem cod. Bpehtnyrre* (*Angl. Brightness*) JOH. V, 41. Porro, JOH. XIII, 4. *Linen hpægel*. Lat. *Linteum*] *C. Lÿnen hpægl*. *H. Linen ƿail*: Hinc *Amictorium muliebre dicitur Anglis a Fraile*: sicut *Velum templi ab utroque Glossatore vocatur ƿaƿ-hpægl templeſ*. *Mar. xv, 38.* Denique, in *nuperioris notæ codice isto H.* aliquoties etiam *planè deflectitur à primævo Saxonismo*, in *formulis loquendi*: ut, JOH. XV, 24. — *ÆƷðer Ʒe me. Ʒe minne Fæðer*. Lat. — *Et me & Patrem meum*.] *H. — Me Ʒ minne Fæðer*: Sic, MAR. X, 40. *Nÿr hit na min to rÿllenne*. Lat. *Non est meum dare*.] Sic enim *correximus è codice B. cui consonat cod. C. qui exhibet Sÿllanne pro Sÿlle quod extat in exemplari H. atque etiam in impresso*. Hic obiter notent *Saxonicas nostras literas accuratiùs exculturi*, omnino *distinguendum esse inter Verborum Infinitiva communia*, atque *illa quæ, vocalâ to præpositâ, desinunt in nne*: De his sic *Ælfricus*, in *Grammaticâ Latino-Sax.* pag. 25. *Quinque Participialia Verba veniunt à Verbo activo; Amandi, to Luſienne. Amando, Luſigende. Amandum, to Luſienne. &c. Ubi pro Luſienne habetur in cod. ms. Cottoniano, quem contulit Cl. Junius, Luſigenne. & in ms. Deusiano, Luſiganne atque Luſianne. Legimus quidem in Matth. XIX, 7. Hƿi het Moÿſer rÿllan hip-Ʒedaley bôc. pro Quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii? at, ƿa behet he hÿpe to rÿllenne rƿa hpæt rƿa heo hÿne bæbe. pro Unde pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo; Matth. XIV, 7. Ita, in *vett. LL. Frisicis*, pag. 97. *video So ne moet hy to nene alter neen miſſa ſƿonga / neen dada biſella: i. e. Hoc in casu non licet illi Miſſam ad altare aliquod canere, aliquòſve mortuos humo mandare, siue ſepelire. Sed pag. 92. conspiciuntur ſequentia: So ne aegh him neen Pæſter to biſellanne / — neen Pater noſter Ƶor to ſƿongane: i. e. Hac in re non debet Sacerdos quiſpiam illum ſepulturæ tradere, — neque ſuper illum Pater noſter aliquod cantare. In quibus luculentissima ſunt Saxonismi noſtri veſtigia. Sed hæc ulterius proſequendi nec otium eſt, nec animus. Quod autem immenſam illam, quæ reliqua eſt, variationum farraginem, è diſverſis ſcribendi rationibus ſerè conſtantiem, huc non aſportaverim; me ultrò excuſabit Lector, qui noverit unum aliquod vocabulum modis interdum viginti non minùs ſcriptum eſſe in hæcce, quæ nobis præ manibus eſt, collatione. In rem penè incredibilem locupletissimi teſtes erunt ipſæ diſcrepantes vocis Mænigeo ſignificantis Multitudinem, turbam, lectiones, quas hic ſubjicio. Mænio. menio. mænui. menu. mænego. menego. mænigo.**

menigo. manegu. mænegu. menegu. mænigu. menigu. manige. manegeo. mænigeo. menegeo. mænigeo, mænigeo. *Diversitatem non minori admiratione (dicamne, an risu?) excipiendam animadverti in quibusdam vocibus, pro quatuor codicum numero, quadrifariam uno eodemq; loco exaratis. Exempli gratiâ, pro Lat. Fódit habet cod. O. Dielf. C. Dealp. B. Delf. & H. Dalp. Matth. xxv, 18. Ita, Pascentes transfertur in cod. O. Læpembe. in C. Læpige. in B. Læpige. atque in H. Læpembe. Mar. v, 11. Sed & Ic puppe in O. Ic peoppe in C. Ic pyppe in B. ac Ic peppe in cod. H. habetur pro Ejciam; Job. vi, 37. &c. Trivialia quidem hæc sunt; sed quæ tamen phifaxonibus suppeditabunt Specimen variantium quoque scripturum, quæ passim inveniantur in vetustis Saxonum nostrorum monumentis. Levibus hisce finem imponet gravissimi Quintiliani sententia, Verùm orthographia quoque consuetudini servit, ideoque sæpe mutata est; Instit. orat. lib. I. cap. 12. Et paulò post; Fortasse enim sicut scribebant, loquebantur. Addo; Et sicut loquebantur majores nostri, vocésq; suas variè pronunciabant; ita easdem, jam tum incultas, diversè admodum scriptis mandabant. Dum sermo erat legum experts, & scribæ quoque habebantur exleges: quilibet enim sibi canonas orthographicos pro suo arbitrio impunè fingeat.*

I V.

*Interpretis ANGLLO-SAXONICI, atque etiam
librariorum, hallucinationes quædam variationésque, quibus
ut plurimum temerè disceditur à vulgatâ LATINA Versione.*

Superioribus Capitibus spe nostrâ diutiùs immorati sumus: quæ itaque nunc reliqua sunt, in pauciora contrahere, nûsq; hinc protinus expedire decrevimus. In his quoque secuturi sumus Evangelistarum ordinem. MATTH. xvii, 20. Forþ hýpa ungeleapfulnerre. *i. e.* Propter incredulitatem eorum; vulg. Lat. vestram. Conf. Matth. xiii, 58. & Mar. xvi, 14. NYRA videtur extra Textum eliminasse Coppe: IBID. versu 27. þu fintryt ænne pecg. vulg. Lat. Invenies staterem. Interpres haud dubiè legebat Stateram pro Staterem: nam In stateris (Gr. ἑρ ζωσῆς) transfertur On pegum. Psal. Lxi, 9. Est igitur PELĪ idem quod Lat. Statera. In Glossâ Aldredi occurrunt, Invenies staterem. Ðu onþinder þ begetter staterem. þ þær feorþ trýmer þ uni.